contractibus, in quibus intervenient interpres ad  
declarationem lingue, vel idiomatici, si postea  
inter partes verratur aliquod dubium super hoc,  
an fecit, vel non, talis interpres deponat cor-  
ram judice cum iuramento. Qualiter declaravit  
paribus tempore actus vel contractus, lingua, idiomam,  
vel illa verba dubia, de quibus queritur.

Sed pulchrum dubium est, an soli interpres cre-  
dendum sit sine alia probatione, vel administrculo?  
& videtur quod non: quia uni testi non est cre-  
dendum, etiam si prefulget dignitate, textus est in  
l. juris iurandi in fi. C. de testib. text. in c. literis universi,  
de testib. cum simil. Sed resolutivè dico, quod si talis  
interpres sicut assumptus de voluntate partium, &  
de hoc constat confessione carum, vel alia proba-  
tione, vel indicis, soli interpres creditur, & ejus  
declarationi est standum ita probat textus singularis  
in l. Theopompa, ff. de doce prefac. textus in l. fi. C. de  
fidei, textus in d. l. s. inf. ff. tit. in quantum loqui-  
tur in singulari, & nullum aliud genus probationis  
requirit, ita videtur tenere Par. ibi 2. epos. &  
communiter Moder. Si vero non sicut assumptus  
de voluntate partium, vel de hoc non possit con-  
flare: tunc aut solus illi interpres reperiatur in ci-  
vitate, vel loco & non aliis. & illi solo creditur, &  
facit plenam fidem, & probatatem, aut plures re-  
periuntur: & requiruntur duo; & unu non datur  
tunc plena fides, ita probat text. in auth. de nō alien.  
aut remur reb. Eccles. s. quod autem col. 2 dum  
dicit duobus per tempora primatus mechanici,  
&c. & iterum dicit: aut etiam uni, si unum solum  
civitas habeat, ubi disponit, quod pro affirmanda  
aliquare & valore ejus debent adhiberi duo periti  
in arte, si reperiuntur possunt, alii sufficiunt unus tan-  
tum probat etiam text. in l. semel. C. de mil. &  
ibi communiter Doct. & etiam videtur tenere  
Bart. in d. l. s. fin. isto tit. in col. & ibi alii Doct.  
Bald. in d. literis, C. de testim. manum, idem Bald. in  
c. pen. de prob. 1. col. idem Bald. in l. judicet, C. de sent.  
interloc. omn. jud. Bart. & communiter DD. in leg.  
mūnum, ff. de acq. bar. idem Bart. in col. & ibi alii Doct.  
Bald. in d. literis, C. de testim. manum, idem Bald. in  
c. quia indicate, de præs. s. textus in l. 2 per  
etiam, ff. si menor falsum modum dixerit, & utro-  
bique communiter Doctores. Octavò infer., quod  
quando veratur lis, vel qualiter sup. auro ar-  
gento, moneta, vel aliquo metallo, debet recarri  
ad declarationem alicujus officialis periti in illa  
arte. Generaliter & finaliter dico, quod quando  
veratur dubium super aliqua re, facto, vel nego-  
tio, debet committi officialibus peritis in eodem  
argumento supradictorum iurium, in expresso  
istam practican, & doctrinam Angel. tenet in l.  
arbitrio, ff. qui satisf. cogat. fin. column. & ibi com-  
munis schola Doctorum.

## ANNOTATIONES.

I. Testes Abb. ] Idem affirmat Rip. col. 8. Bal. Novell. a  
col. 2. Franc. Crot. lcc. 2. col. 4. ver. primus casus Alciat. b  
Ruin & Pont. in rub. ff. de verb. oblig. Alciat. cursus in c.  
cum conting. n. 229. de jure. Fortun. Gr. m. 1. n. 12.  
de psl. lib. 6. c  
Inī. discundam sit ] Addit eam sententiam, que & mihi  
securior ac juris diffinitionibus magis conscientia videtur,  
alterius Galliaul. n. 45. Paul. Leon. Pacavium, virum  
multas doctrinæ, & mihi cum primis observandum. n. 84.  
cum pluribus sequentibus, in rub. ff. de verbis. oblig. c  
Quod

Quod pacatum est duorum, plurimum. Afferunt ita  
recepimus. Coint. conf. i. col. 6. lib. Baptis. de S. Blas. in rub.  
Decret. quisi. l. 1. d. p. 1. Alciat. in eum contingat. n. 173. de  
jusser. & Vivius lib. opinio. 234.  
d Er igitur pacatum efficaciter obligat. ] Et haec opinio pro-  
cul dubio sit communis, et etiam infra c. 9. n. 3. ver. nona  
conclusio, idem Gomez. affirmit: tamen contraria videtur  
verior. & iuris regulis affinior enim & solemnia in stipula-  
tionibus requiri adiungit, & fatus conguenter respondit  
censendus sit, qui & intelligit, quemadmodum arbitriat-  
sunt Paul. Calvini. in l. 1. §. ult. ff. de verb. oblig. Aetius.  
& qui eum referens strenue han opinione defendit, ac  
tuncus Paulus Leonius in rub. n. 184. cum pluribus seq. si-  
de verbor. obligat.  
e Ut in l. 2. de dolis exceptione ] Fuit hic §.  
circu. l. 2. de dolis except. plerique omnibus interpretibus  
magno erroris causa, qui ubique quedam modum noles-  
Gomez. in prefato. & inf. in c. de qual. contr. n. 3. ex-  
marunt stipulationem, si causa aliqua sufficit dolis exceptio-  
nem propagari, atque omnino illius vires infangi: ut  
facili constare potest ex Alex. in l. 1. tit. ff. de Verb.  
oblig. & cons. 13. lib. 1. & conf. 19. lib. 4. Jal. in l. tecta. n. 25.  
ad fin. ff. cert. pos. & in l. juris genitum. sed cum nulla,  
n. 3. & n. 5. de pac. Elin. in c. si causio, de fide infra.  
Hip. in rub. num. 318. ff. de fid. Quem etiam errorum ex  
Netericis induxerunt Loriot. de pac. c. 24. Fran. Con-  
magni aliquo vir ingenio. Comm. juris. lib. 5. n. 9. Ant. Go-  
mez. & ali alibi. Sed certe contrafum verisimilium. Ante iuris  
traditioni maxime consentaneum est. Quippe. quia. ut lib. 1.  
obser. juris c. 25. jamdui enunciavimus leges, sed jocula-  
toria videbilem, si eum differere faciant, non stipulatione  
obligatur iri & stipulationis formam edunt, illi non  
erunt efficaciter obligati, qui dictate forme verba conce-  
perint. Deinde tibi qui fieri potest, ut unaquaque stipulatio  
sine causa dicatur, cum omnium obligationem amorem,  
& rogantis, & promittentis deliberatio, donandi causam  
pro se ferat, denique probat id luculent. Jus. Inf. per  
quas pers. quaque acq. §. item nobis, ubi inter iuste traditionis  
causal recentef stipulationem. Probas aperi non  
levis Plauti antiqui scriptori austoritas, hujusmodi in  
Pisc. verba intercessus. P. satius est, si hanc hodie mul-  
tem efficio tibi tua ut sit nisi si tibi do viginti minas. Cod-  
fatis, si futurum est. Proga me viginti minas: ut me effe-  
ctuum tibi, quod promisi fecis. Roga D. oblecto Her-  
cule. P. getlio promittere. C. dabine argenti mibi viginti  
minas & p. dabo: Nec dabis. Non dabis, qui omnes hanc verisimilium sentiam amplexari  
fuerint, si §. illi circa negotium ipsi non fecisset. Qua-  
mobi tem quoniam illi ne intelligent, breviter subsum-  
gam. Arbitror igitur Ulp. in ipso fine causa stipulationem  
intelligere, quod ex tota eius orationis contextura, ac serie  
colligi facile potest, cum credens centum à te mihi ma-  
tu data, vel alia ratione à me tibi debita centu tibi pro-  
misimus, que tu postea erroris confessus à me iam resip-  
centiae exigere perferes. Nec etiam aliter potest intelligi  
exactor, non dicam ex stipulatione, sed etiam ex meno  
pacato fine huius erroris interveniente actione ubi suppedi-  
tandam existimat dolo agere, cum promissione bona  
fide sibi recipia comprobarti potuisse: & alter potius  
illiberaliter fidem datum non agnosceris hoc viti nomine  
notandum videatur. Itaque longe melius ac verius in con-  
traria omnia abierunt, & olim subtilissimum Falgo. in leg.  
general. n. 1. & 6.C. de nonn. person. prudentissimum Cal-  
tin. in questione. n. 9. ff. sol. mat. & non ita pridem  
Biguet. in rub. n. 21. ff. de verb. oblig.

## ADDITIONES.

## SUMMARIUM.

1. Doctores referuntur materiam explicantes.
  2. Quid sit pollicitatio, & ejus effecta.
  3. An pollicitatio de jure Canonico producat actionem, & obligationem.
  4. Pactum & pollicitio in quo differant.
  5. Obligationis naturalis effectus.
  6. Regula ad conognoscendum, quando nascatur na-  
turalis obligatio.
  7. Pactum nullum an producat actionem de jure  
Canonico.
  8. Quid sit stipulatio, & quomodo celebretur.
  9. Hodie ex pollicitatione, & pacto nudo oriuntur
- Ibi: Item etiam habet locum, &c.
- Nec de jure Canonico oriuntur actionem, aut obli-  
gationem aliquam ex pollicitatione, ut hic resol-  
vit, probant Oroscius in lege juris genitum, §. sed

## De Contractu Verborum. Cap. IX. 165

cum nulla, num. 27. ff. de pac. Castillo in l. 2.1.  
Tauri, & ali plures relati à Morla in emporio iuri.  
tit. 3. dieta. quesi. 3 ex num. 5. Matienzo in leg. 7.  
titul. 10. lib. 5. Recopil. glossa 2. num. 16. de quo  
vide quae dicuntur infra, num 3. in versicul. Hodie  
tamen de jure Regio, &c.

3 Ad num. 2. ibi: Sed advertendum quod in pan-  
elo iuri, &c.

Pactum, & pollicitationem in hoc differre, ait  
noster Gomezius, quod pollicitatio sit promissio,  
qua sit absenti & etiam praesenti, si exprestis non  
consentiat: pactum vero quando fit inter praesu-  
tes, & exprestis consentientes: & sic docent Duar-  
ren. ad tit. de pac. in scholio duorum plurimorum, &  
Loriotus de pac. axioma 10. Valconius  
lib. 5. declaratio. cap. 6. & ali plures relati, &  
sequuntur Morla in emporio tit. 3. in premis. n. 8.  
versic. Sed prof. elo dicta communis, ubi numero 6.  
alias duas opiniones contrarias adducit. Primam,  
quod si fiat praesenti, sit pactum; si vero absenti,  
pollicitatio: Secundam, quod si fiat absenti, vel  
praesenti & tacenti ex causa onerosa, sit pollicita-  
tio; si vero ex causa lucrativa sit pactum, cum in  
hoc, praesenta, & taciturnitas habeatur pro con-  
senso; & hanc defendit Thomas Sanchez de ma-  
trim. lib. 7. dis. 79. num. 19. Cancerius variorum,  
1. parte, cap. 8. num. 47. quorum omnium funda-  
menta latius deducit, & resolvit. Fachineus lib. 8.  
controversiarum, cap. 64. ubi eleganter defendit  
supradictam resolutionem: prout etiam post cum  
fecit Pichardus in principio Instit. de verborum  
obligationibus, ex numer. 25. Molina de iustitia  
tom. 2. disput. 252. num. 3. & disput. 258. n. 12.  
ubi ait licitam esse de jure Civili, & Canonico,  
penitentiam in pollicitatione, antequam accepte-  
tur; de quo infra, ubi dicetur, quid de jure  
Regio? Item de pollicitatione & pacto nudo,  
Sousa in repetitione tit. de pac. artic. 2. ex n. 2.  
Morla supra, quesi. 3. Olsual ad Donel-  
lum lib. 12. cap. 9. & 11.

Ibi: Hodie tamen de jure Regio, &c.

Hodie de jure Regio ex l. 2. tit. 16. lib. 5. Re-  
copil. oriri actionem, & obligationem ex pollicita-  
tione, & nudo pacto, vel ex qualibet promis-  
sione, ut hic resolvitur, docent Parladorius l. 2.  
quotidianarum, cap. 3. numer. 17. & 33. referens  
Covarruvias in cap. quavis pactum, 2. parte,  
§. 3. numer. 15. Matienzo in dicta l. 2. glossa 1. 2.  
& 3. & ibi Azevedus, Gutierrez lib. 4. questionum  
civilium quesi. 68. ex num. 4. ubi ait quod si quis  
vendat alteri fundum, ut ex ejus pretio satisficiat  
creditoribus, tunc ipsi credite abisque cessione  
dilectè poterunt agere contra emporem pro debi-  
tis recuperandis, de quo videores Thomas San-  
chez de matrimonio, lib. 1. disput. 7. ex num. 27.  
& latissimum Salgadum in labyrintho creditorum,  
2. parte, cap. 26. quasi per totum, post Carleva-  
lium de iudicii, lib. 1. disput. 2. num. 105. Mo-  
lina de iustitia, tom. 2. disput. 254. num. 27. &  
sequent. Pichardus in rubrica Instit. de obliga-  
tionibus, numer. 29. & plures pro hac parte refut-  
dit Pater Thomas Sanchez, ubi supra, dispu-  
tatione 6. ex numer. 18. ubi latè agit de interpre-  
tatione dicta leg. 2. & alios etiam adducit Morla  
in emporio, titulo 3. quiesce 3. ubi ipse defendit  
ex pollicitatione non oriri actionem etiam  
de jure Regio, attenta dicta leg. 2. Sed verius est  
quod diximus.

Ibi: Si vero non habet causam contractus, &c.  
Contractum, vel pactum abique causa cele-  
bratum, non producere obligationem efficacem,  
sed que per exceptionem elidi possit, etiam pos-  
sunt dictam l. 2. titul. 16. lib. 5. Recopilationis, ut re-  
solvit Gomezius, docent & explicitant de jure  
communi Mantica de Tacitis conventionibus, l. 14.  
titul. 12. per totum, & in titul. 13. ubi quid si  
causa sit turpis vel inhonesta: Eduardus Caldeira  
de erroribus pragmaticorum, lib. 3. cap. 3. num. 3.  
Olsual ad Donellum lib. 14. cap. 36. notatis,  
lit. CC. ubi in contrarium inclinat. Mendoza lib. 1.  
cap. 4. num. 52. in suis disputationibus, Menochius  
de presumptionibus, lib. 3. presumptio 132. nu-

mero 3. mis.

mero 16. & alii plures apud Barbofam in cap. si  
cauio, de fide instrumentorum, num. 3. Et de jure  
Regio Avendanus in capitibus proutum, 1. parte,  
cap. 30. num. 5. Matienzo in dicta l. g. 2. tit. 16.  
lib. 5. Recopilationis, glossa 1. numer. 8. & Gut-  
tieres in utroque iure late disputans, in tractatu  
de jure confirmatio, cap. 47. per totum, in  
1. part. Quicquid, diversarum quæst. 12. per totum:  
Molina de iustitia, tom. 2. dispu. 257. ex num.  
5. numer. 4. Sanchez de matrimonio, lib. 1. dispu.  
5. num. 21. & alii plures relati à Parladorio, lib. 2.  
quæstionarium, cap. 3. ex num. 54. à quibus ipse  
dilectus, ibidem aliter causam non requiri de  
jure communis, itemque de jure Regio, & cum se-  
quutus Pichardus in principio Instit. de verborum  
obligationibus, num. 15. quos videas, & vide etiam  
infra, cap. 11. num. 4.

Ad num. 4. ibi: In quo articulo facio sequentes  
concl. si mes, &c.

De diversitate inter contrahentes quando vi-  
uet stipulationem, facit in presenti noster Gomezius  
novent conclusiones, quas bene prosequun-  
tur, & explicant Connamus libr. 6. commentario-  
rum, cap. 1. num. 6. & c. 4. Menchac de successio-  
num creatione, §. 5. num. 13. & §. 10. n. 42. Aze-  
vedus in l. 2. titul. 6. lib. 5. ex num. 5. Gregorius  
Lopez in l. 16. tit. 11. part. 5. Sarmiento libr. 6.  
selectorum, cap. 3. & 5. & latè Pichardus in §. pre-  
terea, l. 1. t. 6. de inutilibus stipulationibus, per totum,  
& in §. quæst. 1. ex num. 4.

Ibi: Quinta conclusio quando procedit interroga-  
tio alterativa, &c.

Vide Pichardus in dicta §. quæst. 1. ex num. 7.

Ibi: Orlava cor. s. &c. in vers. 1. sed  
falsa eorum pace, &c.

Si procedat interrogatio unius moneta, &  
sequatur responso moneta alterius materie, &  
formæ, quod valeat stipulatio, & per consequens  
quod creditus tenetur recipere solutionem mo-  
netæ diversæ materie, & formæ, nisi probet le-  
damnum passum solvit Gomezius in presen-  
ti, & ita docent Pinellus in rubrica, Codice de  
rescindenda venditione, 1. parte, cap. 3. ex num. 16.  
Morla in emporio, tit. 18. qu. 13. ex num. 2. Pichar-  
dus in principio Instit. quibus modis re contrahabi-  
tur obligatio, num. 36. & segg. Gratianus discep-  
tationis, cap. 9. num. 70. & cap. 5. num. 19.  
& 36. ubi etiam ac aliud pro alio solvi possit:  
Gutiérrez lib. 2. quæst. 179. Carranza de monesis,  
4. partie, cap. 1. §. 7. post Parladorium l. 2. c. p.  
fin. 5. part. 8. 17. n. 20. & 21. & alii plures relati  
à Castillo in libr. 4. controversiarum, cap. 10. ex  
numer. 39. ubi hanc partem late comprobant; sed  
potest impleri Castillo ex numer. 45. contraria  
opinione defendit, quam etiam tenuerunt Guzman,  
quamplurimi referens, in tractatu de evi-  
elionibus quæst. 2. 1. Cicerius variar. 2. p.  
c. p. 6. num. 85. & 16. & novissime D. Franciscus  
de Amaya in l. 1. Cod. de collatione ari, libr. 10.  
ex numer. 10. ubi eleganter præsentem qualicio-  
nem discutit, & tandem dubius conclusionibus  
eam resolvit: quarum prima est, in matuo solu-  
tionem esse faciendam in eadem pecunia aut mo-  
neta, in qua prius creditum fuit. Secunda, quod  
si inter partes convenit fuisse, ut pensi, cen-  
sus, vel alterius contractus, aut obligationis solu-  
tio fiat in pecunia argentea vel aurea, & non in  
alio, soluio fieri non poterit in alia moneta,  
invi o creditore, & denique numer. 35. adducit  
novam pragmaticanam PHILIPPI IV. Domini no-  
stri, editam anno 1623. quæ hodie est, l. 19.

tital. 21. lib. 5. Recipil. in novissima impressione;  
eum videas, & Valenzuela in consilio 30. &  
Bolanum in Curia Philippica, 2. parte, 5. remata,  
num. 13. & in §. moneda, ès labyrintho commer-  
ci terrestris, num. 7. & Hermofilla in l. 2. titul. 3.  
part. 5. glossa 3. num. 58. & segg. ubi numer. 43.  
agit de pacto redimendi censum in eadem mone-  
ta, & etiam de faciente solutionem vel depositum  
in moneta, quam scit cito minundam, & novissi-  
mè vide Larream decis. Granat. 12. & multis se-  
quentibus, ubi omnia dicuntur, Noguerol alleg. ui-  
to 2. Salgado in labyrintho, 2. parte, cap. 8. ex nu-  
mer. 11. iterum Larrea allegatione fiscalis 40. ubi  
aut aliud alio solvi possit: late.

Ad num. 5. ibi: Sed resolutio dieo, &c.

Quod in quolibet negotio, peritus in aliqua  
arte fidem facias, si fuerit assumpsus de voluntate  
partium, secus vero si non fuerit assumpsus, vel  
electus de voluntate partium, tunc enim duo re-  
quiruntur si in civitate possint reperi, vel oppi-  
do, alius unus suffici, ita resolvit Gomezius in  
presenti, & comprobant Pinellus in l. 2. Ced. de  
rescindenda venditione 3. parte, cap. ult. numer. 5.  
Padilla in l. 3. C. de iuris, & facti ignorantia, n. 23.  
Gratianus disceptationis, c. 22. num. 2. 1. & 2.  
& cap. 23. per totum, ubi latè de hac materia, &  
cap. 163. num. 20. ubi an siot judices vel telles?  
eum videas, & plures referunt Joannes Gratianus  
in regula 49. ubi ait regulariter duos requiri si  
commodè haberi possint, secus alias, vel quando  
agitur de patro praedictio, quia tunc unus suffi-  
cit, si declarat ut peritus; nam si deponat ut testis,  
semper duo requiruntur, Garcia de expensi, c. 24.  
Barbola in collectanea cap. propria, de probati-  
tibus, num. 8. ubi Panormitanus, & alii, probabili-  
bus esse ait in rigore juris, quod in causis arduis  
duo periti sunt necessarii. Ita ut si in oppido unus  
tantum sit, alius ex viciniori accersit debet: de  
quo latè Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 7.  
a sp. 117. num. 17. & per totum, ubi etiam alios  
referit: & in Consilio Moralibus, tomo 2. lib. 6. c. 5.  
dubio 10. & Hermofilla in l. 56. tit. 5. par. 1. 5. ex  
num. 24. glossa 6. ubi limitat, & declarat, & no-  
vissime D. Franciscus de Amaya, l. 1. Codice de  
fisco fisci, ex numer. 14. ubi optimè declarat di-  
ctato resolutionem.

De hac materia peritorum præter supra allega-  
tos qui optimè eam pertractant, videndi sunt  
Menochius de adipiscenda, vendicio 5. num. 161.  
& presumptione 86. libr. 2. Tusclus verbo, Peri-  
tus, Matienzo l. 6. titul. 11. glossa 2. Avendanus  
cap. 1. part. 2. num. 29. Cevallos tomo 5. que-  
stion. 161. Fatinacius in praxi, tom. 4. quæst. 127.  
num. 101. & segg. Mantica de conjecturis ultima-  
rum volum. lib. 3. titul. 1. in fine, ubi de perito in  
aliqua lingua quæ potest declarare, testamentum in  
ea lingua factum, Aviles cap. 5. de fide dicatu, verbo,  
Saber la verdad: ubi quod etiam publicatis atte-  
stationibus admittantur alii peritores. Gratianus  
in l. 1. Cod. de collatione ari, libr. 10.  
ex numer. 10. ubi eleganter præsentem qualicio-  
nem discutit, & tandem dubius conclusionibus  
eam resolvit: quarum prima est, in matuo solu-  
tionem esse faciendam in eadem pecunia aut mo-  
neta, in qua prius creditum fuit. Secunda, quod  
si inter partes convenit fuisse, ut pensi, cen-  
sus, vel alterius contractus, aut obligationis solu-  
tio fiat in pecunia argentea vel aurea, & non in  
alio, soluio fieri non poterit in alia moneta,  
invi o creditore, & denique numer. 35. adducit  
novam pragmaticanam PHILIPPI IV. Domini no-  
stri, editam anno 1623. quæ hodie est, l. 19.

## CAPUT

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

## CAPUT X.

De Individuis.

## SUMMARIA.

- 1 Quando res dicatur dividua, vel individua materiæ, vel secundum naturam.
  - 2 Quando res dicatur dividua, vel individua secundum juris dispositionem.
  - 3 Contractus, in quo interveniat res que pondere, numero, vel mensura consistit an sit dividua, vel individua.
  - 4 Si in contractus continetur res merè dividua, que pondere, numero, vel mensura consistit, quilibet bares tenetur pro parte, taliter quid etiam si aliquis eorum officiatur non solvenda, alii coheredes tenentur pro eo solvere.
  - 5 Si pars pecunie debita solvatur creditori, an va-  
leat soluto.
  - 6 An creditor posse petere à dibilitate patim de-  
bet.
  - 7 Si in contractus interveniant res certa, & determinata, an contractus sit omni respectu dividua.
  - 8 Si in contractus interveniant res peculiares in gene-  
re, an sit in omni respectu dividua.
  - 9 Si pars debitis solvatur in pendenti, est obligatio, donec totum solvatur, quando a bitem proce-  
dit ex contractu dividua.
  - 10 Si heredes promissoris discordant in solutione, quomodo reducentur ad concordiam.
  - 11 Si heredes debitoris obligacionis generes, non  
concordant generaliter, an unus possit agere  
contra alium.
  - 12 Contractus alternantis ans sit dividua, vel indi-  
vidua.
  - 13 Si plures sint dominii unius servi qui dedit dam-  
num, vel noxam, quilibet dominiorum tenetur in solidum.
  - 14 Actio de aqua pluvia arcenda datur contra eum  
qui fecit damnum.
  - 15 Servus, vel res incorporalis, an sit dividua, vel individua.
  - 16 An servitus promissa possum dividere inter heredes, ad hoc ut reneantur in solidum, vel pro parte.
  - 17 Quilibet bares creditoris cuius sit promissa servitus,  
potest agere ad servituum in solidum.
  - 18 Servitus suis, an sit dividua, vel individua.
  - 19 Quomodo dicatur actus dividua inter heredes.
  - 20 Obligatio alimentorum, an sit dividua, vel indi-  
vidua.
  - 21 Si in obligatione continentur factum, an talis con-  
tractus sit dividua, vel individua.
  - 22 An ille, qui tenetur ad factum precise compella-  
tur facere.
  - 23 An possit quis promittere factum alienum, & si  
promissum sit juramento, an valeat.
  - 24 An valeat pallium mariti quando promittit habi-  
tare in perpetuum cum uxore in tali loco.
  - 25 Factum, an sit dividendum, vel non.
- I**T E M principaliter quaro, qui contractus  
dicantur dividui vel non, que certè est materia  
subtilissima, & de apicibus juris. In qua dicuntur Doc-  
tores antiqui, quos referunt Moderni in l. 4. §. Cato,  
inf. a isto ist. de verb. obilig. quod omnes alias ma-  
terias mirum in modum excedit. & quod in ejus  
intelligentia non minus palpitaverunt, quam Her-  
ules in Lernao conficti, dixit etiam Cyn. Auct. hoc ita, Cod. de dubiis reis, 1. col. in fin. quod est  
arduum & profundum pelagus, dixit Paul. de  
Castr. in l. si heres in iudicio, & si plurimi ffsi quis  
caut. in iud. sit. 3. col. idem Paul. in stipulationes  
non dividuntur, 4. col. Iaf. Rip. Moderni in l. 2. §.  
& barum, & in d. 4. §. Cato, & in d. stipulationes  
non dividuntur, infra isto sit. de verb. obilig. quod est  
subtilissima & de apicibus Juris; tandem dicit  
Gloss. ordinaria in l. 3. epifam titul. miranda  
novitas, subtilitas, qui eam ruminabit? In  
qua ego maximo labore, & studio per viam  
summe, & resolutione ex mente omnium  
jurium, & Doctorum de ista materia loquendum,  
compendium, & lucidam varietatem proponere  
volui. Et primò pro capitali fundamento magis-  
liter dico, quod aliquando res dicitur dividua,  
vel individua materialiter, vel secundum naturam:  
et tunc dicendum est, quod regulatissimè quilibet  
res de mundo potest dici dividua, cum naturaliter  
possit per partes dividiri. Et harum aliquando sub-  
jectum, substantia, & effectus ejus non corrumpit-  
ur; ut si dividatur fundus, vel similis res immobi-  
lis, textus est in l. Caius, §. T. titul. ff. de legat. 2. quem  
ibi ad hoc notat Bartol. Bald. Paul. Imol. & com-  
muniter Doctores, & reputat singularem & unicam,  
Alber. illum etiam ad hoc notat & commendat.  
Glossa ordinaria in l. subem. la 2. C. de sacro  
sanct. Eccles. probat etiam textus in l. locis in medio-  
ff. de verb. signific. textus in l. quod in rerum, §. se quis  
posse in fin. de legat. 1. textus in l. planct. la 1. §. fin. cod.  
titulus textus in l. §. quis duas, §. penit. comm. p. text.  
in l. 4. fin. ff. fin. finum reg. n. Similiter etiam naturaliter  
potest dividì qualibet alia res, cujus divi-  
sione subiectum ejus corruptitur, ut si dividatur  
homo, equus vel aliud quoddlibet animal; ut patet  
ad oculum, & sensum, nec oportet allegare aliqua  
jura de hoc: quia, ut dicit Aristot. querere legem  
ubi est ratio naturalis, est infinitas intellectus; sed  
ut etiam iure probetur, textus est in cap. affe-  
tus, de pref. text. in l. aut dampnum, de  
paenit. text. in l. capitulum cod. it. & istam regulam  
& doctrinam, licet sic non declarata, ponit Bart.  
in l. §. p. iure, on dividuntur, infra isto titul. 7. col.  
n. 18. & ibi Angel. 2. col. Paul. 3. col. & communiter  
Moderni. Iaf. in l. 2. §. barum, infra cod. tit. 1. col. n. 2.  
Et de ista divisione naturali non loquitur materia  
nostra, nec est in praesenti habendum sermo.
- Aliquando vero contractus, obligatio, & effe-  
ctus eius dicitur dividua vel individua secun-  
dum juris dispositionem, sive ordinationem. Et  
ista est propriæ materia nostra; in qua propono  
regulam generalem, quod contractus, actus vel  
obligatio dicatur dividua vel individua secun-  
dum naturam rei, in eo deducere ita probat textus  
in l. stipulationes non dividuntur, si a isto sit. text. in  
l. in execuzione, §. scienda ad opus, cod. 1. text. in l.  
2. §. & barum, edem titul. textus in l. 4. §. Cato cod.  
titulus textus in l. sita fuerit, §. quest. be. ff. de manu-  
mis. testam. & istam doctrinam & regulam in hac  
materia a ponit Bartol. in d. 1. stipulationes non divi-  
duntur. 2. col. n. 1. & ibi Alber. Paul. Alexander. Iaf. &  
communiter Doctores, Alber. in l. 4. §. Cato cod. tit.  
& barum, ed. tit. 3. col. n. 8. Vinc. in l. execuzione, cod.  
tit. 2. col. n. 6. est communis opinio. Confir-  
matus quia semper actio, vel obligatio judicatur  
mobili vel immobili. secundum naturam rei pro  
qua committitur, textus est notabilis in l. si ad re-  
solvendam Cod. de præ. minor. secundum utramque  
lecturam, & ibi nota & commendat Glossa ordi-  
naria,